

Loquuntur mulieres stulte aliquando petendo et petitionibus respondendo. nam sara interrogata cur risisset in medio aeter respondit non nisi Gen. xviii. Stulte loquendo petunt aliquando mulieres impossibilia fieri. sic Rachel dicebat iacob. Da michi liberos quia quasi haec in sua essent potestate. Gen. xxx. Stulta fuit peticio matris filiorum zebedae et ideo fuit a domino reprobata quia petebat ab eis quietem ante laborem. brauium autem cursu. coronam ante victoriam Math. xx. Importuna peticio ancille fecit petrum negare saluatorem. math. xxvi. Multa verba stulta petendo et respondendo ante quam christum cognosceret dixit illi mulier samaritana Joh. x. **L**oquuntur aliquando mulieres valde stulte in consiliis pro se nescientes neque a prudentibus volentes addiscere sed suo proprio appetitui credere et stultis aliorum consiliis assentire. Ido eua stulte locuta est consulendo viro suo ut de vetito fructu manducaret. quia prius legis fuisse locuta cum serpente instruente facere malum. quam cum deo in oratione vel cum viro instruente ut ab eo reciperet dominium Gen. iii. Vxor anian audiens querimoniam viri de marthocheo stultum dedit viro consilium et ille stultus credidit ei dicenti Iube excelsam trabem parari Iester. v. De hac materia quere plura exempla de consiliis malis ca. xxxii. **L**oquuntur aliquando mulieres stulte reuelando secreta eis imposta que retinere non possunt. ideo stultum est viris eis reuelare secreta. Nam vxor sampsonis statim quando propositione didicit a marito in damnum eius alijs reuelauit inimicis Judic. xviii. Dalida sciens ubi esset fortitudo sampsonis statim illud reuelauit inimicis Judic. xvi. **L**oquuntur mulieres stulte aliquando rixando cum vicinis bonum ouertendo in malum. nam quia deus ex magno deuotione saltauerat ante archam. vxor eius promissa et quasi conuiciando dixit ei quod gloriosus est tibi die factus rex discoopiens se ante ancillas seruoꝝ suorum. ii. Re. vi. Ancilla sare reprehensa a domina sua rixando dixit. amplius non videam te ex te filios interfectoris virorum tuorum Thob. iij. Vxor thobie cum rixa ei conuiciando respondit. Vana facta est spes tua. Thobie. ij. Vxor iob conuiciando ei dixit Benedic deo et morere. cui iob. quasi vna ex stultis mulieribus locuta est. Si bona suscepimus de manu domini mala autem quare non sustineamus? Job. ij.

De luxuria et incontinentia.

- Luxuria et incontinecia est.**
 - Causa homicidiorum**
 - Oodium domesticorum**
 - Origo multorum malorum**
 - Reatus magnarum penarum**

Luxuria occasio est et fuit homicidiorum et effusionis sanguinis. nam propter violentiam digne sicken et emor cum habitatoribus civitatis occisi sunt **Gen. xxxiiij.** Occasione uxoris leuite incredibiliter vexate luxuria multi homines interfecti fuerunt **Judic. xx.** Amon propter violacionem thamar sororis sue ab absalacoe in convivio est occisus. **ij. re. xiiij.** David propter pulchritudinem bethabee captus cum perditione homicidii perpetravit. **ij. re. xi.** Propter luxuriam herodis et herodiadis fuit Johannes baptista nequiter decollatus in carcere **Mar. vi.** Quia ysboseth abner reprehendit quod ad cubinam patris eius fuerat ingressus facta est indignacio inter eos et ambo post tempus modicum fuerunt occisi. **ij. re. iij. et iij.**

Luxuria nulli patet. nam domesticus et familiaris est hostis et ideo multum timeri debet. nam deicit virtuositate potentes. sic deiecit sampsonem per dolidam **Judic. xvi.** Deprimunt sanctitate viuentes. sic depressit david per bethabee quam lavantem aspexit. **ij. regu. xi.** Dirimunt probitate potentes. sic diremit holofernem propter iudith quam concupivit **Judith. xiiij.** Decipit sagacitate prudentes. sic deceptus salomon est per mulieres quibus adhaesit. **ij. regu. xi.** Destruit honestate senescetes. sic destruxit duos senes propter susannam cuius pulchritudinem aspexerunt **Dan. xiiij.**

Luxuriam sectantibus multa mala et incommoda accidunt propter que luxurie vicium est ab omnibus omnibus presertim christi familiaribus detestandum de quibus quicquid consideranda sunt. Primum est divina indignacio cum severitate. nam causa diluvii videtur fuisse luxuria. quia omnis caro corrumperat viam suam. ideo dixit dominus ad noe. delebo homines quem formavi **Gen. vi.** Secundum est dyabolica habitacio cum potestate. nam qui libidini vacant habent super eos demonia potestate **Thobie. vi.** Ob hanc causam peccaverunt demonia inhabitare porcos id est luxuriosos **Math. viij.** Tertium est glorie celestis privacio ex iniquitate. nam si uxores ducetes non fuerunt digni cena domini. quid erit de adultis fornicariis et aliis generibus lascivorum? **Luc. xiiij.** Quartum est temporalis substantie minoracio cum paupertate. nam filius prodigus dissipaverat substantiam luxuriose vivendo et cum con-

sumptissz omnia ipse cepit egere Luce. xv. Quintū est libidinis
accensio sine saturitate. nam luxuria nō extinguit ardore libidi-
nis s; accedit. idō dicitur cupiebat implere ventrē suum. i. cōcu-
piscenciā suā Lu. xv. **L**uxuriosi grauitur puniuntur a legibus
et a deo. idō cum relatum essz iude q; thamar ex adulterio cōce-
pissz ait. ducite eam vt oburatur Gen. xxxviii. Duo senes luxuria-
osi volētes susānam opprimē a populo sūt grauit lapidati. Da-
niel. xiiij. Grauitur puniuntur qui luxuriatur in sacro loco. Nam
tempe antiochi tēplum luxuria fuit plenū qd̄ fūme deo displic-
uit et idō eos graui acerbitate puniuit. ij. mach. vi. Mulier in
adulterio deprehensa mādabat a moyse lapidari. Leui. xx.

De maledictōe qua de? maledicit.

Laycos peccantib? :

Maledicit de?

Clericis male opantib? :

Morā facit penitētib? :

Maledicit de? laycos peccantes in cuius figura serpens q;
euam ad peccandū induxit legit a dño maledict? Ge-
nes. iij. Sic detestatus est de? pctm̄ vt nō soluz pctōres s; etiā
alias creaturas in eoz ope maledixit. idō dixit ad e. maledicta
terra in ope tuo Gen. iij. Pctm̄ homicidij et effusionis sāguinis
innocētis sic deus abhorret vt eis specialiter maledicat. sic ma-
ledixit cayn et terrā que suscepit sanguinē fr̄is sui Gen. iij. Oci-
osos in ope vrbosos i lingua specialit dñs maledixit In cui?
figura maledixit dñs fiscalnee cū folijs sine fructu Math. xxi.
Terribilis erit illa maledictio in die iudicij. cū dñs dicz disce-
dite a me maledicti in ignē eternū Math. xxv. **M**aledicit
de? clericis et sacerdotib? male opantib? et eoz maledictō prior
est maledictōibus seculariū. idō lamētans iheremias dicebat
Repulit dñs altare suū maledixit sanctificacōi sue Treii. ij. Sa-
cerdotib? malis loqñs dñs p malachiā pphetam ait. maledicā
bñdictōib? vris Malachie. ij. Maledictōem tardat deus tāq;
misericors semp expectans reconciliacōem vel conuersionez pec-
catoris bñdictōem autē festine et liberaliter donat. idō de ma-
ledictōe dixit daniel ostendens tarditatē. stillauit sup nos ma-
ledictio Dan. ix. Qz autē largus fit ad bñdicendum ostēdit sa-
piens in ecclāstico dicens. Benedictio illius quasi flui? mun-
dauit. Ecclā. xxxix.